

DEO OPT. MAX. VNI ET TRINO; VIRGINI DEIPARÆ ET S. LVCE ORTHODOXORVM MEDICORVM PATRONO.

1165

QVÆSTIO MEDICA CARDINALITIIS DISPV TATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXVI. FEBRVARII.

M. TVSSANO FONTAINE, Doctore Medico, Præside.

An *peroratio* mentem & sensum acuit?

C OMMVNE quidem ille Medici cumulauit officium captandæ pascendi corporis opportunitate, qui eligendo præbendibili tempore tantum valeat, ut explorata cuique conster valetudo, cum firmis viribus, opino habitu, & ceteris corporis bonis à natura datis. Sed illa qua magis animum spectant, homini inter animantes præcipua, & omni arte & studio colenda, vegeta mens, vegetique sensus: & in tantâ illarum rerum præstantiâ, earumdem sagax quedam sentiendi, & abdita quoque facillem atque celerrimè peruidendi vis ac facultas, haud paulò diligentioris Medici opus est, & omnia in viâ humano ad perfectam mentis & sensuum aciem exigentis. Næ ille procudendi acuminis author & bona mentis artifex illud tenebit, apprime ad alendum & vñacendum hominem conueniens, magni ad mentem & sensum interest, quibus & quando potissimum cibis vtrare: est enim ad vtrumque ciborum magna vis; cùm vel ab optimis ambo sapienter habeantur. Quare suam ipse aciem intender Medicus, ut videat quarenum quidque sit in alimentis curandum, cùm ab illis homines vel dauerent, vel acutus daturus sit. Et sedulò considerabit quām commodè vnicuique diuina sunt edendi tempora, tum cùm acutius in rebus cognoscendi viderit. Num adeo quoridie frequentius pascendo corpore lumen aliquod sensibus, & quis inde nitor ingenii accedat? An contra eadem semel in die edentibus, vel debilitata in rerum indagatione languent, vel curatiora splendeant, edendi paucitate nitefactâ mente, sensuūque organis omnibus.

M ONOSITIHN vnico in die solidioris cibi esu continetur, sive prandium illud fuerit, sive diurnis muneribus liberati ad edendum malint accedere. Rarò illa in morbis usurpat: sanis verò tam conuenit ad omnem ingenij laudem tendentibus, quam nemini vñquam contigit coniuia esse assiduo, & aptam ad res bene penitus noscendas vim & temperaturam retinere: crebra enim ingluies, omne animi acumen elidit, aut aliò detorquet, conflat irarum & libidinis materie: spissior autem in sanguine, crassis atque concreta spiritibus, sensu rerum imagines obscurius accipiunt. Pleniori uitato victu, incommoda in contraria currunt, qui de tenui tam multa dicunt ad mentis & sensuum aciem: cùt quoque enim vietus parcior expoliendis hominibus impar, & consumptus, sive quibus animus vigore non potest, corporis viribus, atque nimium attritis, quā poterant acui, mente & sensibus, ille homines effici à rebus peripicacit intuendi vel abhorrentes, vel iis leuius & infelicitate harentes, amaros, difficiles, morosos, omnibus bilis atque vritis cumularissimos. Quid vietus medius? ne præstitutâ quidem ciborum quantitate, qualitatibus delectu, praescripto ordine, fatis valeat animum ac sensus acuere: nisi his omnibus impertierit ita gerat Medicus, ut hominibus ad capessendum cibum dimittendis nunquam committat, ut temerè ingestis alimentis, meliorem illi sui partem prægauent.

A T *peroratio* quād certi reliqui vietus generibus sumendi cibi tempus definit, tanò magis animum ab omni partium inferarum turbâ liberat, & diaetæ cujuscumque dotes complexa, sive colendo animo, sive corpori curando insituantur, incommoda rariò admittunt. Quotidie verò pluries edentibus, utrabiliter in ventriculo coitionis, sic repetenda mensie infinitum & interminatum tempus: calore autem propter frequentiorem ciborum appulsum semper laborante, nullum relinquitur naturæ spatium, quo, animo integris viribus adesse possit seria & assidua rerum meditatione se acuient: par tum sensuum conditio, qui perenni nitore circumfusi, vix ad res percipiendas euigilant. Igitur quantum ab altera in die pastu ad altera vacat, tantum superest acuminis studios ad soleritatem promouendam tempus, ad quam etiam jam diu ante illos comparauerit *peroratio*: à quā languis prodit prius, magis tenuis, ac defeccatâ utrâque bile, aptus ad omnes que homini insunt ad cognoscendum exactandas vires.

A CVMINIS vel in mente vel in sensu non vna laus, variè illa in hominibus efflorefcit, pro variâ circa res oblatas vtrisque agitatione: laudis verò non vnius neque vna est vel dererenda, vel obtinenda ratio. Ingenium, illa qua melioris indolis index esse solet ἀγέλεια, εὐεργεία, σύνεσις, & ceteræ omnes prudentiae partes, ab uno mentis acumine aptæ sunt & suspenso, tametsi sine summâ sensuum simili omnium acie in multis claræ & insignes fuerint, item insunt sensibus facultates, his animi virtutibus respondentes. Sed sive illæ sensus acuant, sive animum ornent, funditus illas extinguet *peroratio*: extinctas, si quando resuiscere possint, excitat quidem *peroratio*, innotans certè confirmabat. In quo dominatur Natura & Medicus; illa, dum tenuioris sanguinis affusione cerebri medullam sic temperaverit, ut par inde vis in singulos & inde haustos sensus manauerit: hic, dum sic animo & corpori consulit, ut quotidians ventriculi cibos concoquens æstus ita cum mente componat, ut quam minimum finat hanc ab illo interturbari.

Q VOTIDIE semel vel pluries esse eatenus conceditur, dum corpus conuenienter ali, & instauratis viribus a signatum à Deo munus quiske tueri possit. Hæc autem seruandi corporis cura, & in sua cujusque statione tenendi, vrinam & collocandi, penes Medicum tota est. Porrò ille pro dispari hominum conditione dissimiles viuenti leges statuit, & quos acuta mens non tantopere juvat, obesive sensus nihil admodum impediunt, animo minus quam corpore industrios, hi vel bis in die & cibum & somnum capiant, licet: arque iterum patiis mentem vna cum corpore pinguefcere. At quibus propter intentum rebus inuenientis dijudicandis que animum, curatissimâ acie opus est, summoque sensuum acumine, in his valeat naturæ consilium, ne hominem à rerum cogitatione frequentius propter cibum abducere, intellexi tot gyris implicantis, ut seruatâ in longum tempus annonâ, à cibo diutius illi vacare licet, & mentem studio acuere. Quid post Naturam Medicus? quod illa communstrauerit in viâ longè optimum, hic statim occupauerit: & quotidiana mensuram compressâ intemperie, indicatque pastu vnico, summum in homine fano bonum, acutam mentem, acutissimum sensus, confirmandâ etiamnum valetudine, ac præscindendis morborum causis, tuebitur & angebit.

Ergo *peroratio* mentem & sensum acuit.



Proponebat Lutetiæ MATTHÆVS THVILLIER, Ambianus, A. R. S. H. M. DC. LXV.